



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 61. S. Fulgentii Exilium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

uteretur, ne oculorum aciem frangeret. Sæculum VI.  
 Nunquam vinum bibit, nisi in Medicis A.C. 506.  
 nam, atque ita aqua dilutum, ut gustus  
 nullam delectationem sentiret. Ante-  
 quam Fratres ad nocturnum officium  
 excitarentur, ipse vigilabat orans, le-  
 gens, dictans, aut meditans, nam totum  
 diei tempus ovibus suis ad se venienti-  
 bus dabat. Quandoque descendebat,  
 ut cum cœteris vigilias celebraret.  
 Cum sine Monachis vivere non posset,  
 primum a Civibus Ruspensibus expe-  
 tiuit obsequium, ut sibi locum condendo  
 Monasterio concederent. Vir nobilis  
 cui nomen Posthumianus modicam Do-  
 mum haud procul ab Ecclesia sitam ei-  
 dem donavit. Illico S. Fulgentius Ab-  
 batem Felicem, majoremque Discipulo-  
 rum suorum partem advocavit, & cœ-  
 teri sub Regimine cujusdam Monachi  
 nomine Vitalis remanserunt. Ea vero  
 animorum conjunctio duravit, ut duo  
 Monasteria unum putari potuissent.

c. 19.

## §. LXI.

*S. Fulgentii Exilium.*

Inter hæc Trasamundus Rex S. Ful-  
 gentium comprehendendi jussit, cum a-  
 liis Episcopis in Sardiniam deportan-  
*Hist. Eccles. Tom. VII.* N dum,

Sæculum VI. dum, priusquam Ecclesiam suam satis in  
A. C. 506. Fide erudire potuisset. Ille excessit,  
comitantibus Monachis, & Clericis, ve-  
nitque Carthaginem, ubi munera acce-  
pit ab amicis, eaque ad Monasterium,  
quod ædificare cœperat, misit; ipse ve-  
ro nihil omnino secum abstulit. Epis-  
copi in Exilium simul migraverant plus-  
quam sexaginta, & quamvis S. Fulgen-  
tius esset tempore Ordinationis ulti-  
mus, eum tamen Scientia & Virtus ef-  
fecerunt omnium spectatissimum. Quan-  
do ad deliberandum conveniebant, Pri-  
mas, & cœteri omnes ipsius senten-  
tiam exquirebant, eique mandabant, ut  
ea, quæ communi consensu fuerant  
decreta, explanaret. Id quoque mune-  
ris ei deferebant, ut nomine omnium  
ad Quæstiones Episcoporum ultramari-  
norum responderet, nimirum, ut Epi-  
stolas componeret, quibus omnes no-  
men apponebant. Præter has Episto-  
las publicas quilibet Episcoporum eum  
rogabat, ut privatas etiam ipsorum  
nomine scriberet, dum gregi suo bo-  
na consilia sugerenda erant, aut ali-  
quis peccator castigandus. Illi autem  
qui aliqua absentium Episcoporum Cen-  
sura fuerant innodati, ad Fulgentium  
convertebantur, ut absolutionem impe-  
trarent.

Primo

Primo Exilii tempore fundare Mo- Sæculum VI.  
 nasteria non potuit, cum paucissimos illo Monachos deduxisset; quia vero  
 vitæ communis erat amantissimus,  
 duobus Episcopis Illustri, & Januario  
 persuasit, ut apud se remanerent, tum  
 collectis Monachis, & Clericis, ampli  
 Monasterii speciem fecit. Eadem o-  
 mnibus Mensa, simul orabant, lege-  
 bantque; at Monachi majori rigore a  
 Clericis internoscebantur, & nihil sibi  
 proprium possidebant. Ad hanc Do-  
 mum populus Calaritanus, ac si Divi-  
 num inesset oraculum, confluerebat.  
 Afflitti inde petebant solatum, dissi-  
 dentes reconciliabantur, sacra ibi ex-  
 plicabatur Scriptura, pauperibus Ele-  
 mosynæ distribuebantur. Sæpe S. Ful-  
 gentius illos, quorum inopiae subve-  
 nerat, ad vitam Monasticam suo hor-  
 tatu traducebat. Hæc bona nuncia sæpe  
 Carthaginem magno populi fidelis gau-  
 dio deferebantur.

Præter sexaginta Episcopos ex By-  
 zacena Trasamundus Rex plures alios Chr. br. ap.  
 ex reliquis Africæ Provinciis expulit, Canis. to. 4.  
 ita ut universim ducenti, & viginti hist. misc.  
 numerarentur. Illi multas ex Africa Ep. Oldr.  
 Reliquias in Sardiniam transtulerunt, ap. Baro.  
 & inter alias S. Augustini Corpus, quod an 725. n. 2.  
 hist. misc.

N 2            exinde Lib. VI.  
                     c. 48.

Sæculum VI. exinde per annos ducentos ibi fuit.  
A. C. 506. Symmachus Papa his Episcopis singulis  
annis pecunias, vestesque, Exilii sola-  
Lib. Pont. tium, mittebat, habemusque Episto-  
Ep. 7. ap. lam, quam illis scripsit, haud dubie  
Enn.Lib.II. opera Ennodii, cum inter ipsius ope-  
ep. 14. ra occurrat. Papa cum illa Epistola  
*iisdem SS. Nazarii, & Romani*  
*Reliquias trans-*  
*misit.*



HISTO-